Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



PSALMUS IPSI DAUID QUARTA SABBATI 7

Oratio fidelium ut a persecutoribus qui dm̄ ignorant liberentur 7

Ds̄ ultionū dn̄s · ds̄ ultionum libere egit 7

Exaltare qui iudicas terram · redde retributionem superbis 7

Usquequo peccatores dn̄e · usq; quo peccatores gloriabuntur 7

Effabuntur & loquentur iniquitatem · loquentur omnes qui operantur iniustitiam 7

Populum tuum dn̄e humiliauerunt · & hereditatem tuam

quā decet sc̄itudo · id̄ copiosa benedictio · quia eam sic ornat ut numquam deserat 7 Longitudo dierum · aeternitatem sig̃t 7

Ds̄ enim terribile nomen est · quoniam ex timore descendit, ultionum dn̄s est quia iudicaturus erit mundum · et ultionib· iustis affligerit obstinatos, libere egit · idest nullo impediente · totum mundum iudicabit 7

Prima infelicitas est peccare · secunda in finem uitae paenitentiam non agere, qui in die iudicii si hic non emendant gloriari non possunt 7

Per populum uiros dicit humiliatos · quidē dō contumelias fieri audiebant, necesse est enim deuotum famulum dolore cruciari · quando aliquid inreuerentissimum de dō audierit, hereditatem populos xp̄ianos dicit, qui innumeris cladibus a sup̄bis p̄secutorib· constat ēē uexatos 7

Psalmus · sc̄am sig̃t operationem, quartu sabbati · feria uitu est · In quo die luminaria in firmamento caeli facta narrantur, sic in ecclesia sunt fundati electi, de quorum patientia psalmus iste plurimum narrat 7

Tunc exaltatus est coram discipulis · quando in maiestate sua ad gloriam constat resurrexisse perpetuam, tunc iudicabit terram · idest terrenos homines, superbi enim illi sunt · qui in sua malignitate deficiunt, illis ergo retributio redditur · cum audierint, Ite in ignem 7

Qui sunt qui locuntur iniquitatem · nisi illi qui dicunt quid nobis proderit si iuste uixerimus, aut quid illis profuit · qui in hac uita conuersati sunt innocenter · qui ut ceteri mortui sunt 7